UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIII. De Solutionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

De Solutionibus.
TIT. XXIII.

1. ***Solutione quando tollitur obligat***

l. 23. D. h. t. *l. Solvere* *53. D. eod.*

SI vel ipſemet obligatus principa[lis] vel alius ejus nomine ſolvat, deb[…] principaliter licet invito: quia [...] ignorantis & inviti licet facere cond[itio]nem meliorem.

2. *Quid ſi debitor, antequam ſolverit, [mo]riatur?*

l. 59. & l. 62. De R. I. *l. 10. D. eod.*

Tunc ejus hæres tenetur ſolvere: [...] hæres ſuccedit in locum & jus defuncti [...] ſecundum naturam eſt, ut ad quem p[er]venerint bona defuncti, idem & ſubeat onera æris alieni.

3. *An igitur Prælatus tenebitur ſolver[e æs] alienum a ſuo prædeceſſore contra[]ctum?*

can. Cum verior. verſ. abſit XIII. q. 8.

Non aliud, aut alias, quam quod [...] neceſſitate vel utilitate Eccleſiæ, cui [...] eſt, contractum eſt. Accipit enim [bo]na & poſſeſſiones Eccleſiæ, velut h[ære]ditatem quandam ſui prædeceſſoris, [non] quod Prælatus ſucceſſor ſit verus hæ[res] prædeceſſoris, ſed quia in adminiſtra[tione] rerum Eccleſiæ ſuccedat in ejus locum.

4. Q

4. *Quid ſi Prælatus Eccleſiam pro alienis obliget debitis?*

Eo caſu Eccleſia non tenebitur: Imo Prælatus ita obligans & gravens Eccleſiam, removendus eſt ab adminiſtratione rerum Eccleſiæ; quia hoc faciendo abutitur officio boni adminiſtratoris. *c. 2. h. t.*

5. *Quid ſi debitor ſit non ſolvendo?*

Is olim poterat trahi in carcerem. Quod, quia ſatis durum inhumanum videbatur, permiſſum deinde fuit debitori cedere bonis: quo illud conſequitur, ut & carceres evitet, & in plus conveniri non poſſit, quam quatenus facere poteſt. *l. 4. D. De ceſſ. bon. & l. 1. C. eod.*

6. *An etiam hoc in Clerico, qui ſolvendo non eſt, locum habebit?*

Ita veteres plerique, ſcilicet ad prædictum effectum teneri etiam Clericum cedere bonis. Alii contra, Clericum propter debitum civile volunt non indigere hoc ceſſionis beneficio, & nihilominus gaudere beneficio competentiæ, neque trahi poſſe in carcerem, exemplo militis. *Gl. & Dd. in C. Odoardus h. t. l. Miles 6. & l. 18. D. de re jud.*